minos, dilationem sibi non recipiendo, nullasque motiones appellationes ac
earum prosecutiones faciendo, ac praemissa omnia poenis simplicibus vel dupli-
cati, Evasionibus, suspensionibus, fatalijs Iuris, ac alijs omnibus Iuris
remedijs et defensis non subterfugiando, nec modo aliquovis evadendo
Hac sua praesenti Recognitione ad praemissa omnia mediante.

Vigore Laudi Feria Sexta post Diem Cinerum proxima Anno Domini Millesimo Sexagesimo Nono Kulczycka Baranieckiemu Donat.

8/III 1669

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitaneal. Praemi-
sliensibus Nobilis Zofia Kulczycka olim Nobilis Wasko Kulczycki cum Nobili Mari-
na Czaykowska procreata filia Nobilis vero Ioannis Kulczycki Darzynii con-
sors legitima, cum eiusdem mariti sui uti Tutoris coniugalis personali assisten-
tia et idoneo, ad infrascripta recognoscenda consensu sana mente et cor-
pore existens a Terris Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibusque suis quibus-
cunque proprijs et competentibus recedendo. Praesenti vero Castrensi Capitaneali
Praemisliensi Iurisdictioni quo ad actum hunc attinet secum Successoribus ac
bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subij-
ciendo palam libere publice ac per expressum recognovit. Qua ipsa bona
sua propria et haereditaria infrascripta, nempe certam sortem sibi ex Divino et
Naturali successione post olim memoratum Parentem suum se Recogno-
scentem inter caeteros Consuccessores et Consanguineos legitime concernentem in
bonis Villae Kulczyce Terrae et Districtus praesentis Praemisliensis iacentibus et consistentibus
cum omni praemissorum Iure Dominio proprietate, haereditate, tituloque haeredi-
tario, cumque omnibus et singulis eiusdem bonorum seu sortis Utilitatibus
fructibus, proventibus, redditibus, commodis, emolumentis, obventionibus
item agris, pratis, campis, virgultis, nemoribus, indaginibus, attinentijsque
et pertinentijs quibusvis universis, nihil ex praemissis bonis Iuris Dominij, propri-
etatis haereditatis, ac cuiusvis Competentiae et praerogativae pro se Recogno-
scente suisque successoribus, aut quopiam alio reservando seu excipiendo
verum ita late, longe, circumferentialiterque prout sortis memoratae bona
se in suis metis et limitibus ab antiquo extendunt et protenduntur, [illegible] et ut

eadem sortis praefata bona ipsamet Recognoscens tenuit habuit et possidebat, ipsamq conviernebant, ac eidem legitime serviebant. Jam ex nunc et defacto Nobili Andreae Baraniecki eiusq posteris dedit donavit inscripsit et resignavit prout dat, donat, ac titulo puro mero ac irrevocabilis Donationis inscribit et resignat perpetuo et in aevum irrevocabiliter. In quorum quidem sortium memoratarum Bonorum praesentibus donatarum ex nunc et defacto eadem Recognoscens suprascripto Donatario suo eiusq posteris coram Officio praesenti dat et admittit eadem Intromissionem, et eandem pacificamq possessionem, per Ministerialem quemcunq competentem et Nobiles duos die quacunq volent Officiose recipiendo. Per ipsum Donatarium suum et ipsius Successores hac eadem bona suprascripta sortis praefatae praemissaq omnia praesenti per te Recognoscentem donata, cum universis eorum Utilitatibus et usufructibus Competentiisq et praerogativa quavis, tenendi, habendi, et possidendi, illisq quiete et pacifice ushfruendi, ac ad suos suorumq successorum quosvis bene placitos usus fructus libere et effectualiter convertendi modo aeiure haereditario. Debetq et tenebitur memorata Recognoscens prout se ac suos Successores in et super bonis suis quibus omnibus et summis quibusvis pecuniariis habitis et habendis praefato Donatario suo inscribit et obligat praesenti, ipsum et eius Successores in dictis bonis sortis praefatae praesenti donatis et ratione eorundem omnium praesenti resignationem ab omni et quavis impetitione iuridica quarumcunq personarum cuiuscunq Conditionis, status et sexus cuiusvis existentium exorientium in ac Judicio et Officio Regni semper toties quoties opus fuerit, per omnes praescriptiones Terrestres, prout ad quamlibet personam Terrestris spectat et pertinet praescriptio, tueri defendere evincere intercedere et eliberare, indemnemq cum posteris reddere, nec non hac eadem bona praemissaq omnia praesenti donata, ab omnibus in genere Iuribus, et Inscriptionibus prioribus et posterioribus, super eadem praemissa bona sortis praefatae donatis modo quovis cuicunq personarum factis et faciendis, Tum etiam a quibusvis citationibus super eadem praemissa omnia praesenti resignata importatis et importandis, Litis deniq et pertinentis, Processibusq iuris quibusvis in quocunq puncto et gradu Iuris dependentibus, et in quovis Judicio et Officio

Regni

Regni obten. et obtinen. ac super praemissis omnibus praefatis resignatis mo
do quovis perductis et perducen. emundare et eliberare, mundareq. et liberare sem
per facere, ac etiam Intromissionem praefatam coram officio praesenti admissam
in fundo bonorum praefatorum, dum per Ministerialem et Nobiles duos officio re=
quiretur non denegare, imo debebit et tenebitur eandem libere dare et effe
ctualiter admittere, dataq. et admissa eadem possessionem et usumfructum
praemissorum omnium quovis modo tam per se quam per suas quasvis
subalternas et subordinatas personas non praepedire nec admere ipsumq. Dona
tarium suum et ipsius successores in praemissis omnibus praeteritis donatis
nullo modo inquietari, ita ut eadem bona praeteritis donata cum universis eorum
utilitatibus et usufructibus, is idem Donatarius suus cum suis posteris
quiete et pacifice praesentis Inscriptionis donatariae vigore tenere habere
et possidere queat illisq. uti frui possit perpetuo irrevocabiliterq.: Obligat sub
damnis Terrestribus simpliciter absq. corporali Iuramento taxan. et edicen.
per eandem suprascriptam Recognoscentem sive ipsius successores, praenomi
nato Donatario suo aut eius posteris, ob non completionem praemis
sionem omnium et singulorum, tam in parte quam in toto toties quoties
opus fuerit ad solvend. succumben. Pro quibus quidem damnis Terre
stribus simpliciter absq. corporali Iuramento taxan. et edicen. modo
praemisso ad solvend. succubitis ac re aliqua principali ex praemissis non
completa complenda citata existens memorata Recognoscens Nobilis
Tecla Kulczycka sive ipsius posteri ad Instantiam praenominati Nobilis
Andreae Baranieckii vel eius successorum Ad officium praesens Castren.
Capitaneale Praemisliense, extunc recessu suprascripto quoad respondend.
spectat mediante, semper in primo Citationis Termino tanquam perem
ptorio, stare, iuri parere, respondere, damna praefata Terrestria luere,
et omne Iudicatum pati debebit et In
scriptioni praesenti satisfacere, ac omne Iudicatum pati debebit et
nebitur, seq. ac suos successores ad eadem omnia inscribit et obligat
praesentibus. Illum Terminum primum peremptorium, et alios omnes exin
de consequentes Causae eiusdem Terminos semper peremptorios vera in
firmitate, pro maiori minorennitate successorum, Legatione intra vel extra
Regnum servitio militari ad munimenta ad Victorem, vel alijs quibusvis
dilationibus et Legalibus impedimentis non differendo, ad Quietationem

praesertim vltra proximos Officii praefati Castren. Praemislien. Terminos dilationem sibi non recipiendo, nullasque motiones, appellationes, ac earundem prosecutiones faciendo ac praemissa omnia pro vris simplicibus vel triplicatis evasionibus, suspensionibus, fatalijs Iuris praescriptione Terrestri bello convectione, ac alijs omnibus Iuris remedijs et defensis non subterfugiendo neque modo alio quovis evadendo. Haec sua praesenti Inscriptione ad praemissa mediante.

Kulczycki Conti Reformat.

Comparens personaliter coram Officio et actis praesentibus Castren. Capitan. Praemislien. Nobilis Ioannes Kulczycki Darzynic, sanus mente et corpore existens a Terris, divinis, Iuribus, Iurisdictionibus quibusvis proprijs et competen. recedendo. Praesenti vero Castrensi Capitaneali Praemislien. Iurisdictioni quo ad Actum praesentem attinet secum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando, atque subijciendo palam libere, publice, ac per expressum recognovit. Quia ipse Nobili Paraskevia Kulczycka Nobilis olim Wasko Kulczycki cum Nobili Marina Czaykowska procreata filia sui vero Recognoscen. Consorti legitima eiusque posteris summam Centum Quinquaginta florenorum polonicalium ratione dotis et expeditionis post eam acceptas et in domum suam importatas, nec non aliam similem similem summam Centum Quinquaginta florenor. polon. ratione Verissimi et liquidi Dotalitij in et super tota et integra medietate Bonorum suorum generaliter omnium mobilium et immobilium haereditariorum et obligatoriorum summarumque quarumvis pecuniariarum, nec non auri, argenti, clenodiorum, vestium, vestimentorum, pecorum pecudum equorum, equitiarum, totiusque supellectilis domesticae nunc habitae et in post haben. dedit, dotavit, dotalitiavit, inscripsit et reformavit, prout ait, dotat, dotalitiat inscribit et reformat praesentibus. Per ipsam Nobilem Paraskeviam Kulczycka Consortem suam legitimam et eius posteros praemissa omnia praesentibus sibi inscripta vniversis eorum vtilitatibus et emolumentis attinentijsque et pertinen. generaliter vniversis tenen. habendi et possidendi illisque quiete et pacifice vtifruendi, ad suos quosvis beneplacitos vsusfructus libere et effectualiter convertendo vigore ac more aliarum Reformationum haereditarium Iuris omni Regno Poloniae observantialiter praesenti Inscriptione desuper mediante.